Nunquam edenda.

147.

Dilectissime fili.

Literas vestras accepimus. Deo gratias agimus, quod vos incolumes et commodè deduxerit domum. Etiam pro de meliori valetudine parentis tui. Quam optamus quotidie confirmari. Et de ca re informari cupimus. Nos, per Dei gratiam, valemus. Uxor hodie misit sanguinem in pede. Diu id constituerat facere. Dies serenus ~~erat~~ est. Fecerat conjecturam ex certis signis, hoc sibi profuturam. Visa est exhilarari, quum doctor id approbaret. Et nunc laetior est, quod misit. ~~Tum~~ nihil sensit. Deus benedicat ei remedio. Hermannus crastino Bremam ad iter faciet. In locum fratris vocatur

… nidirem ab-
… m pro medita-
… alind agens
… o, talia de ipso
… rodemenses dili-
… s nihil nisi lau-
… as fuit Cognatus
… lis criminatio.
… De Praetore
… isiam. Recor-
… at, cum et mem-
… m in loco pro-
… per Eminē
… dum. Fuit
… aty d. à Bierstil,
… Mornario
… ~~ ~~ ô dira
… ey de plausu
… dere. Demo-
… artem ria ref-
… vel etiam dixit;
… Sancty Ecclesi-
… Ecclesia, etiamsi
… q. parochiam,
… is cura esset:
… Fac, ~~alterutrum~~
… ex loco decederi;
… i. An tum demum

146 250

Plurimum Reverende et Clarissime Vir, D. Patrue aeternum Venerande.

Ex quo nuper tristem nuntium de optimi Patris, p. m., insperato obitu misi, vestras exspecto; nos interim die 30 Julii, st. v., corpus defuncti, comitante et luctum condolentiamque testante spectatissimâ Senatus primariorumque civium et studiosorum pompâ, humi mandavimus in spem certissimam beatae resurrectionis. Ita nihil nobis lachrymae nostrae servant nisi dilectissimi parentis memoriam, quae quidem mihi perennis erit, mortemque ipsam, serius ocyus obeundam, reddet suaviorem, utpote indissolubili consuetudine ei me juncturam, quem mihi eripi noluissem. Deum veneror, ut nos omnes ad illam horam magis magisque paret; nosque, quibus tristitiam immittere placuit, solatiis suis recreet, et promissionum suarum de se, Viduarum et Orphanorum patrono, praesentissimam fruitionem nobis largiatur.

In omni autem hac nostra angustia nihilominus cogitamus de nuptiis meis. Ita enim mecum festinabat D. Parens p. m. quasi jam tum se annum supervivere posse desperasset. Annum, inquam, unum adhuc in celibatu exigere malebam, quicquid Parentes ad contrahendum hortarentur. Sed variis rationibus contrarium suadente inprimis D. patre, obtemperare oportuit; diesque ante obitum tuum nuptiis jam destinatus erat nimirum 14to Aug. à quo proposito nos tristis hic casus depulit. Differemus itaque ad diem 21mum ejusdem mensis. ~~ ~~ Voluissemus quidem diutius procrastinare; sed et pleraque jam ad festum parata erant, et mater domum repetere properat, post cujus abitum non aeque commodè nobis prospici posset. Migrabimus autem sexto post nuptias una cum matre ego et dilecta mea, ut ipsi ad septimanam unam atque alteram ministremus, interim dum nobis hic aedes curentur, quae (ut conjicio) eaedem erunt, in quibus et Rev. D. Patruus habitavit ad St. Ansgarii coemiterium. Quamdiu autem Da mater commoratura sit cum familia Groningae, incerti sumus. Nuptias planè alias, atque nostri populares celebrare solent, injungit nobis ipsa necessitas, neque enim amicos plures quàm ~~ ~~ ad summum convivas invitare in Affinis mei D. Zapporii coenaculum, in quibus et computamus Rev. D. Patruum cum Da. Amita, quos eum in finem meo et Sponsae meae nomine humanissimè invito. Si ullâ ratione fieri posset, ut ad iter se componerent (id quod nobis tanto foret gratius quia nec mater nec sorores se nobis associare audebunt) vellem per

literas ea significaretis, ut de Hospitio Vobis maturè possem prosp[illegible]
D. Cognatum Snellium quoq invitarem libentissimè; sed vereor n[illegible]
malè interpretentur alii, quos necessitudo adhuc arctius jungit et tan[illegible]
reundi hac vice sunt, tum et dubito an ipse flecti possit, ut veniat. [illegible]
Rev. D. Patruus per occasionem ipsi aliquando facti nostri ratione[illegible]
simulq hortabitur et de pretio 6 unciarum confectionis Alchermes, [illegible]
non ita pridem misit, respondeat. Nunc Rev. D. Patrum[illegible]
cum Dilectissimis Amita et patruelibus divinæ curæ devoto pectore [illegible]
scribo. Si qua ex patruelibus vel si omnes velint ad nos accedere[illegible]
ipsorum gratiam profectò libentissimè alteram etiam diem (q[illegible]
nem duntaxat aliàs nuptiis nostris destinaveram) adjiciemq, et aliquos [illegible]
tis, juvenibus ac virginibus, invitabimus: et erit nobis ipsorum præsentia [illegible]
tissima. Valete omnes et singuli à Dn. matre, Lectissim[illegible]
sa, sororibus, D. Hospite ejusq filio.

Bremæ, Sept. Dus Aug. 1660.

Rev.æ Vestræ obsequentiss[illegible]
Herm. Coccejus

Nunquam edenda.

Dilectissime fili.

Literas vestras accepimus. Deo gratias agimus, quod
vos incolumes et commodè deduxerit domum. Etiam quod
de meliori valetudine parentis tui. Quam optamus quo-
tidie confirmari. Et de ea re informari cupimus. Nos,
per Dei gratiam, valemus. Uxor hodie misit sanguinem
in pede. Diu id constituerat facere. Dies ferenus ~~erat~~
est. Fecerat conjecturam ex certis signis, hoc sibi profu-
turum. Visa est exhilarari, quum doctor id approba-
ret. Et nunc laetior est, quam misit. ~~tum~~ nihil sensit.
Deus benedicat ei remedio. Hermannus crastino
Poemata nostra faciet. In locum fratris vocatur

nisi dirum ab-
m premedita-
. aliud agens
o, talia de ipso
odunenses dili-
r nihil nisi lau-
as fuit cognatus
lis criminatio.
De Praetore
isiam. Recor-
ant, cui et meme-
em in loco pro.
e per hominem
dum? Fuit
aty d. à Biersfeld,
. Mornacio
~~[illegible]~~ o'dera
ry de plaetsen
dore. Demo-
antem tua rese-
vel etiam dixit;
Sanctus Ecclesi-
Ecclesia, etiamsi
q. parochiam,
is cura esset:
Fac, ~~[illegible]~~
ex loco decederi;
pi. An tum dexim

Mijn Heer

Mijn Heer Johannes Coccejus,
SS. Th. Doct. ende Professor Ord.
mijn seer weerde ende beminde
Oom

tot
Leiden.

franco Amsterdam.

[illegible] des H. Evangeliums
met een Coffer & Hoedecasse
geschikt A A.